

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Scriptura sacra z  
cum fontibus proximo et primis

Quod medicorum est promittunt medici,  
tractant fabrilia fabri.  
Sola scripturarum est ars  
quam sibi passim omnes uendicant;  
scribimus indocti doctique poemata passim.  
Hanc garrula anus, hanc delirus senex,  
hanc sophista uerbosus, hanc uniuersi presumunt,  
lacerant, docent, antequam discant.

Ieronymus in prologo Biblie capitulo VI.

quod medicorum est, promittunt medici,  
tractant fabrilia fabri.  
Sola scripturarum ars est,  
quam sibi omnes passim uindicant:  
scribimus indocti doctique poemata passim.  
hanc garrula anus, hanc delirus senex,  
hanc soloecista uerbosus, hanc uniuersi praesumunt,  
lacerant, docent, antequam discant.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 53.6-7  
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.453, ll.1-7).

navem agere ignarus navis timet;  
habrotonum aegro / non audet nisi qui didicit dare;  
quod medicorum est / promittunt medici;  
tractant fabrilia fabri: /

scribimus indocti doctique poemata passim.

Quintus Horatius Flaccus, *Epistolae*, 2.1.114-17  
(F. Klingner ed., p.281).